

49

D. A. G.
SPECIMINIS ACADEMICI
DE
**HELSING-
FORSIA,**
CELEBRI NYLANDIÆ EMPORIO,
PARS PRIOR,
QUAM,

*Consensu ampl. Facult. Phil. in Regia academ.
ABOENSI,*

PRÆSIDE
VIRO CL.

**M^{AG.} ALGOTHO A.
SCARIN,**

Histor. & philos. civ. PROF. Reg: & ord.
nec non academiæ BIBLIOTHECARIO,

Publicæ ventilationi modestè submittit,

HENRICUS FORSIUS,

HELSINGFORSIA - NYLANDUS,

In audit. superiori, ad d. VIII. Novembr. MDCCCLV.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland, JACOB MERCKELL.

SÆ RÆ M:TIS
SUMMÆ FIDEI VIRO,
NYLANDIÆ & TAVASTIÆ, in FENNINGIA,
REGIONUM

G U B E R N A T O R I,
ET DE STELLA BOREALI
E Q U I T I,
ILLUSTRISSIMO COMITI
**D_{N.} GUSTAVO
SAMUEL
GYLLENborg,**
MÆCENATI MAXIMO.

ILLUSTRISIME atq; EXCELLENTISSIME
COMES,
DOMINE GRATIOSISSIME.

TUA, ILLUSTRISIME COMES, merita in omni rem publicam, præcipue verò literariam & civilem, ad cuius gubernacula utriusque, in nostra gente sedes, tot & tam grandia sunt, ut acuminis & solertiæ plena oratio nulla eadem assiqui queat, nedium ingenium paupertinum & tenuemeum iisdem decorandis sufficiat. Estque in non leviratione macies & plebeja indoles ista, cur quam gratiam, NUMINE suffragante, apud omnes invixisti, silentio involvere, quam in magno merito, pietatis munere meo non rite defungi malim. Quo enim modo solis facies ad humiles & depresso casas, perinde atque regum turres radios suos demittit, eodem TU quoque, COMES & GUBERNATOR EXCELEN-TISSIONE, favoris inexhausti splendore, obscuras spes & pendentia vota mea perfundere non molestum, neque a munericis & ordinis sublimitate TUI alienum esse duxisti. Es idem TU certè, qui non in ea modo, quæ conspicuo & eminente loco geruntur, oculum intentum habes, verum in TUA gratia præsidii & voluptatis parum neque positum esse voluisti juventuti, quæ ad indeflexam maturitatem itinere, quo convenit, institu-

institutoque pertendere, consilium esse censet. Cumque
fætum hunc informem, in ipso spes suæ rudimento ad-
huc constitutum, adspicere coram, oculisque lustrare
TUIS gratioſiſſimè dignatus sis: ut ad eundem conser-
vandum **SUSCEPTORIS**, cum beneficio, officium in **TE**
derivari, **TUÆ**que fidei & clientelæ eundem com-
mendatum esse velis, qua par est religione votoque
TEMET obſecro & obteſtor. Fateor ab amœnitate
MUSARUM illius admodum multum recedere formam, &
perinde aſcipitem animi memet non ſimplici vice rediſſe,
in Gemonias ne abjicerem, an verò vitam
eidem prorogarem. Sed qui **GYLLENBORGIANÆ**
gentis immortalia merita in nulla non publicæ, prä-
fertim verò literariæ rei parte, valere, inque familiæ
illius clientelam recipi, Aonii gregis alumnos cuius-
cunque ordinis atque loci efflagitare vidi: **TUÆ** re-
cipientis & servantis misericordiæ partum hunc in
ſolidum transcribere penes me constitui, certo certior,
apud nullos non **COMITATIS** officioſæ **TUÆ**, inque **PA-**
TRIAM pietatis **SECTATORES** gratiam inventurum, cum
TUUM in fronte **NOMEN** circumferre, inque **TUUM**
ſinum, quaſi per adoptionem exceptum viderint. De-
nique, ut diu florens & incolumis ætatem agas, &
aliis ſuper alia operibus, virtutis **TUÆ** gloriam au-
geas, cum ceteris provincialibus **DEUM**, dum vivam,
affiduè precabor,

ILLUSTRISSIMI & EXCELLENTIſSIMI
NOMINIS TUI

devotissimus cultor
HENRICUS FORSIUS.

VIRO admodum reverendo atque præclarissimo,

**DN. MAG. JOHANNI
FORTELIO,**

*PASTORI Helsingforsium meritissimo,
& adjacentis districtus PRÆPOSITO dignissimo,
FAUTORI & PATRONO omni obseruantia ad cin-
neres usque colendo.*

Favor TUUS, admodum reverende atque præclarissime PRÆPOSITE, planè singularis, quo clientem memet non simplici vice beare haud gravatus es, cujusque, TUO in posterum munere, me quoque compotem futurum spero, mihi fiduciam fecit pagellis hisce TUI conveniendi, splendorem & gratiam quæsitum a NOMINE TUO, Pieridum religioni multo ante consecrato, inque casto, cui illæ præsident, choro magno & memorabili, invenies in exiguum orbem contracta illius urbis castra pomœriaque, cuius functe suis casibus, religioni TU hodie præs. Deprehendens ædificium illud sacrum rudi minerva adumbratum, in ejus pulpitis, TEMET ἐρθομένη τὸν λόγον τῆς αληθείας, summa animi voluptate commissa cura TUÆ fidelium communio, prolixo, sed temporis non nisi sumtim subtracti acroamate auscultavit. TU verò, VIR præclarissime, patere ut publicum hocce sanctissimæ in TE obseruantæ meæ monumentum constitnam. Est non nisi specimen & rudimentum tendentis ad majorem perfectionem cognitionis meæ historicæ & literarizæ; quod si sereno, qui TUUS est, vultu adspicere, & favori TUO atque patrocinio memet in posterum commendatum habere velis; ego certè NUMEN SUPREMUM precibus meis defatigare nullus intermittam, velit IDEM in annos bene multos salvum TEMET incolumemque servare, sinereque non nisi serò illum diem oriri, qua columnen suum funesta clade sublatum, nobilissima familia & denuo clientes TUI commemorabunt, complorabunt.

**Admodum reverendi atque præclarissimi
NOMINIS TUI**


*humillimus cultor
HENRICUS FORSIUS.*

Admodum reverendis atque præclarissimis VIRIS,
Dn. Mag. PETRO BONSDORFF
ET
Dn. Mag. JOH. BORGSTRÖM,
S. theol. & philos. *LECTORIBUS* in Reg. gymnas.
Borgoënsi laudatissimis, Ven. consist. ibid. *AD-*
SESSORIBUS æquissimis,
FAUTORIBUS & PATRONIS ad tumbam usque, ju-
gi pietate & zelo devenerandis.

Adest occasio diu desideratissima, qua animum & favorem VESTRUM,
PATRONI FAUTORESQUE optimi, in me planè singularem, & vi-
cissim pium animi mei affectum erga VOS publicè declarare licet.
Beneficia VESTRA cumulatius mihi oblata si enarrare conarer, tanta di-
cendorum me copia obrueret, ut unde inciperem, vel ubi finem oratio-
nis invenirem, certè non viderem. VOBIS enim, VESTRÆ institutioni,
VESTRO consilio, VESTRO deinde studio & amori, omnes meos in
præceptis illis & disciplinis, quibus ad intimiora scientiarum panditur via,
debeo progressus. Accipite igitur, humillimus etiam atque etiam rogo,
PROMOTORES optimi, fronte benigna & placida hæc rudes lineolas
in grati animi tessera, quas VOBIS summa animi veneratione offero.
pro beneficiis enim mihi præstitis, quod VOBIS referam dignius, habeo
nihil. Fortunas meas ut hucusque, ita quoque in posterum, VOBIS be-
nignissimè commendatas habere ne dedignemini. Ego verò omnium re-
rum STATOREM supplex rogabo, dignetur VOSMET gentis nostræ, quot
nomina, tot quoque decora, in seram posteritatem vitæ & in columitati con-
servare, ut esse possitis ecclesiæ Dei, literariæ & privatæ rei præsidio,
clientibusque patrocinio exoptatissimo! Sie ex intimis cordis recilibus
sandidè vorer

NOMINUM VESTRORUM

cultor humillimus
HENRICUS FORSIUS.



PRÆFATIO.



St, & semper fuit, omnibusque
horis permanebit indubia veritas,
quod domestica fede nulla nobis ju-
cundior accidat; illam adolescentiæ
palæstram quoties revisere, recogno-
scere, aut saltem memorando reno-
vare nobis datum fuerit, juvenescere iterum & ad
præteritos annos reverti nobis videamur. Mihi
certe, cum per latè patentis philosophiæ campos
eundo, argumentum expeterem, in quo elaboran-
do quantillas ingenii mei vires experirer, patriæ
pomœria terræ, *Helsingforsensis* in *Nylandia* urbis
pristinam & hodiernam formam subjicere oculis,
tam cum animo conjunctum, quam ab officio
non alienum mihi visum fuit. Neque non illa
me modo genuit, sed & erudiit; non proferendæ
vitæ animali modo necessaria prospexit, sed & ci-
vili providere & præcavere, negotium suum es-
se voluit, ne per imperitiam ætatis in aliquam

A

vitæ

vitæ turpitudinem inciderem. Cumque in tot & tantis rebus benignè illa mihi fecerit, nominis illius propagationem, cuius etiam apparatus non mediocri voluptate me perfundit, exercitationis hujus summam memet esse voluisse, neminem in invidiam mihi obtrectationemque tracturum spero. Interim cum uno, quod dicitur, spiritu omnem quæ ante pedes est, provinciam obire, res sit supra vires meas posita, antequam ad rem ipsam perventum fuerit, quasi in vestibulo notasse non pigebit: constitutum esse mihi speciminis loco hoc ipso, urbem describere vetustate & naturâ suâ, commodo copiosoque loco fitam, liberalissimisque ingeniosis, quamvis non affluentem, quales, CICERONE teste, olim fuere *Athenæ*, talibus tamen instructam, quæ ad ornamentum urbis & posteriorum æmulationem, momenti non parum contulisse sint censenda. Quibus ceteris ad robur & ornatum institutis politicis & œconomicis redundet, quæ commerciorum & opificiorum ratio, quæ rerum domi elaboratarum concinnitas, quibus aggeribus atque castellis foris circummuniri cœperit; in summa: quid communis utilitatis & juris fruendi caussa sociatorum cœtus hicce sibi velit, alteri, si Deo ita visum fuerit, reservabimus occasio. Desideras, non dubito, multa L. B. quæ ad prosequendum institutum, reddendamque in oculis peregre adspicientium, urbem nostram notiorem, apprimè facerent; verum cum obstet ab una parte documentorum, quæ indaganti manus

manus venere, raritas, ab altera quoque paupertatum sine arte ingenium: velim cœptis obviam eunti caussæ utriusque huic, si qua parte literulæ & curæ hæ ipsæ oblanguescere tibi visæ fuerint, tribuas & adsignes.

§. I.

Etymologiam urbis fistit.

Nylandiam, in qua urbs, quam mihi delineandam sumsi, sita est, Fennos olim tenuisse, illamque postea Svecorum Gotborumque incolatu hospitam magis, uberem & frugiferam redditam fuisse, ceu rem obviam & prope in omnium oculis hærentem contuemur. (a)

Quo vero tempore Sveci Nylandiam occupaverint, illud scire & pro vero venditare, tanto difficiili & scopuloſo loco magis hoc tempore possum, quanto facti illius nulla nobis ab antiquitate

A 2

tate

(a) In robur hujus assertionis confr. interim WEXIONII descr. Svec. lib. I. c. 27. ubi hæc exstant verba: „Nylandia olim a Fennis habitata, qui Svecis & Helsingis „cesserunt.

Ejus fidei consensum suum adscribentes vid. MATH. HALLENII de *Borea-Fennia* dissertationem pag. 51. & ER. TUNELDIUM in geogr. regni nostri descr. pag. 364. Spectat eodem ipsum originis Svecanæ nomen regionis, quod *territorium recens* incessum & subactum significat. Quid? quod de advenis ex septentrione colonis testatur non nomenclatio ipsa urbis solum, sed ex appellatione nuperi incolatus, titulum quoque suum trahens suburbana parochia.

tate explicita recordatio supereft. A scientifica certitudine prope abesse tamen censenda est illorum sententia, qui regnante ERICO Sancto rege Svetbiæ, excitam sedibus suis coloniam novitiam, archistratego FALONE BURÆO seniore, huc intro deductam fuisse afferunt. E *Gestrica Helsingiaque*, quam *Sundbediam* h. e. palustribus locis intersecatum solum veteres appellavere, in *Nylandiam* erupisse armatam manum, plerique qui majorum gesta victuris chartis inscripsere, consentiunt.

Fieri illud potuisse prisco currente ævo, tanto verosimile magis, quanto de *Helsingiae* regno nusquam non proditum invenimus, quod *Svetbiam* magnitudine superarit, incolarumque numero eidem non

Unde vero duces & signiferi traductæ in oram hancce coloniæ, nomen *suum* defumserint; utrum loci ingenium, fortiave facinora characterem *sospitis* & *felicis* olim genti adscriptum voluerint; *montesne* quibus cingitur, regioni regnique nomen dederint, an verò ex fundo recessus ager, ejusque asperitas primorum temporum incolatui denominationem in accessu dederit, nostram in præsentia non facimus controvèrsiam, quibus plus satis ante constat, quod propter vetustatem, sicut rerum, ita etiam nominum, quibus res insigniuntur, initia prostent ubique ferè obscura. Nobis novisse sufficit, quod ab aquilone & mari conditores regionem hanc nostram subiverint, & lingua cultaque avito suo celebrem magis eandem populosioremque reddiderint. Post Christianissimum in hanc gentem introducnum, immigrationem ex *Helsingia* factam fuisse, rituum sacrorum, qui gentilitatis in transmarinis fuere, nulla heic loci vestigia insuper etiam testantur.

non multo inferior exstiterit; imo extra finum
Codanum, mare, quo clauditur orbis, remis ever-
berare suis, gens ipsa neque dubitarit. Continebat
ambitu suo olim *Helsingiae* majestas imperii non
Quenlandiam alteram modo, *Hunalandiamque*, sed
aboriginum majorum nostrorum patriam quoque;
ex quâ, cum, quæ in hasce *Venedico* sinui finitimas
fedes gens nostra primum immigravit, una cum
nomine natales suos repetat: temere neque credi
posse videtur, ad perpetuandam cum tribulibus a-
amicitiam, ex geniali loco lareque suo evocatam
fuisse germanam sobolem, modô, quo factum in-
venimus identidem, ut cum suis hospitiis ab hoste
parum apte prospectum esse nostrates viderent,
Riphæis trans mare jugis saltibusque incingi, illi
longum neque impeditumve existimarint. Sunt
hæc ipsa per se clara & expedita quidem, verum
ne auctoritate & fide destitui videantur, triumvi-
ros breviter & cogitatè in eandem mentem lo-
quutos, testor, & quidem primo loco præclar.
virum ER. ALROOT, qui in erudita de *Gestricia*
dissertatione suâ huic opinioni suam vocem men-
temque commodat, cujusque quæ heic inferantur
verba, plane & omnino digna sunt: „Coronidis lo-“
“co id omnino observationem mereri, inquit,“
quod A:o 1150. sub ERICO Sand:o rege Svec. co-“
lonia ducentorum, & quadraginta circiter homi-“
num ex *Gestricia* & *Helsingia* in *Finlandiam* mit-“
tebatur, quæ tractum illum, qui jam *Nylandia*“
dicitur, occupavit. Hic *Helsingi* vestigia natio-“

„nis suæ, *Helsingforſiae* & in parœcia *Helsinge* ſocku
„diētâ reliquerunt. Gestrīcīi vero verſus orien-
„tem ſecedentes, parœciām *Sibbo* (*ad formam N=*
„*bo nostræ urbis bodierni nominis*) ita nuncupa-
„tam, quod pagi ad fluenta amnis cujusdam utrin-
„que exſtruēti ſunt, quaſi *Sibbo* i. e. utriusque
„lateris colonorum parœciām conſtituerunt. Heic
„ipſi quoque memoriam nominis reliquerunt. Eſt
„enim in illa parœcia pagus quidam *Gesterbø* di-
„ctus, cui *Gestrinii* Fennones originem nominis
„debere, paſtor Thunensium pl. reverend. Mag.
„*Gestrinius* literis mihi benevole narravit, affir-
„mando quod in M. S. S. patris ſui ſæpius *Ge-*
„ſtrikebøn scriptum invenerit. Nec hunc ſolum
„tractum occupaſſe videntur *Gestrīcīi*, cum aliud
„pagus in parœcia *Kyrkſlått* / quæ ab occidente
„*Helsingforſiam* ſpectat, nomine *Gesterbø* / vel *Gest-*
„*rīkebøn* celebretur,, &c. Stat ab eadem ſententia
vir religioſiſſimæ fidei D. D. BÆLTER in erudita
ſua de *Helsingia*, diſſertatione, pro testimonio a-
pertè magis appoſitèque dicens: „Nec minora
„fortitudinis ſuæ trophæa poſuerunt temporibus
„ERICI IX. ſeu Sandi circa annum 1157. in Ca-
„relia & Nylandia, quando miſſis in hæc loca co-
„lonis, ſedeque ſua ejectis Careliis & Cajanis ter-
„ras illorum occuparunt, ſuisque applicuere vi-
„ctoriis. Hujus virtutis bellicæ veſtigia non mo-
„do oppidum *Helsingors* cum villa ſeu pago *Hel-*
„ſingabø / ſed & parœcia ipſa *Helsinga* ſockn et-
„iamnum hodie maniſta præbent, ubi præter
nomen

nomen gentis, lingvam quoque suam profemi-“
nasse deprehenduntur.“ Cum Catone gemino i-
sto idem sentit & loquitur in suis ad *Finlandiam*
elegis generosiss. Dn. LOEVENSKIOLD cum A-
DOLPHUS FRIDERICUS, rex noster augustissi-
mus, exoptatissimo adventu suam hanc gentem
ante triennium exhilararet. Ita vero vates ante
alios memorabilis iste: “Huic urbi, scil. *Helsing-*“
foriae sub *FALE BURE HERSONIS* filio & legifero“
Helsingiæ, tempore *ERICI Sancti*, nomen impo-“
fuerunt, circa annum *Christi* 1156.“

§. II.

Continuatio priorum.

Hisce præsuppositis atque pro verò assuntis, e-
tymon *urbis* facili patebit negotio. Voca-
bulum *Helsing*, quo ceu prænomine locus insigni-
tur, coloniæ, cuius mentionem modo fecimus,
urbem nostram una cum subjuncto territorio de-
bere, hinc prono fluit alveo. Indagationem igi-
tur nominis *Helsingici*, unde suos natales illud re-
petat, missam facimus, ne crambem coctam recon-
quere velle videamur. Egregie enim & erudite
hoc factum est a clariss. BÆLTERO jam antea lau-
dato. Eodemque non minus apposite sensisse cen-
fendus est D. D. *Olaus CELSIUS* senior, qui a
salubritate torrentis aquæ etymon repeti vult, &
primo legum Helsingicarum titulo *Sundbediam* inde,

ma.

matrem *Helsingiam* insignitam fuisse existimat. (a) Unde verò suffixam *Forsiae* nomenclaturam trahat urbs nostra, ex sequentibus non obscurè constabit. Primis temporibus, quibus dissipata cœli folique regione hac ipsa, primum gens advena subsedit, ab illo, quem hodie urbs tenet, loco prope disjuncto, castra & comitia sua constituisse, cui non primo intuitu statim apparet? Nominis insigne, quod finitimi ruris incolatui inditum est, perinde sufficere posse diximus ad declarandum, quo seminis genere nostrates oriundi sint censendi, atque de situ regionis maritimo, ejusdemque a *Svecis* facta occupatione, ceteri tituli non obscurè conveniunt? Medium loci & tractus hujus sedem amnis *Vanda*, a Gothicō *Wan* & *Wand*/ transit, magnoque strepitū & sonitu aquarum vicino mari illabitur; illum quem undarum, inter præcipitia decurrentium; æstum & stridorem *fors* & *strömfall* dici solere, nostrum

(a) Etymologici studii circa nomenclationem *Helsingia* nimietatem & perinde incertitudinem perstringit WILDIUS b. m. regni *bistoriographus* in sua *SVETHIAE* pragmatica, eademque *vernacula* historiā; factaque regionis universæ divisione in septentrionalem & occidentalem, tractum *SVETHIAE* finitimum multò ante, quam qui hiberni solis abscessum respicit, coloniis frequentari cœpisse urgeat. Nempe partem hanc ipsam *polo* propiorem, seculo III. a.C.n. circiter, Norvagorum exulum ductori incolatum & nominis sui gratiam debere; neq; nisi seculo C.n X, juris & imperii Svetlici accessionem factam fuisse, præmissâ accuratâ à STURLONIDE assertorum evolutione, concludit.

nostrum nemo ignorat. Hinc ad flexionem Latinorum fit *Forsia* vel ut alii volunt *Forsa* & *Forsum*. Ex compositione utriusque vocabuli *Helsingforsia* dicenda venit, & id recte quidem. Interm, novaturientis seculi gustui convenienter, qui præciso simplici altero, *Holmiae* & *Hafniæ* in modum, *Foriam* rectius quam *Helsingforiam* dici volunt, perplexè an vero distinctè agere sint censendi, nostrum in præsentia decernere certe non est.

§. III.

Topographiam pandit,

Est autem sita urbs nostra intra territorium *Nylandiæ Borgoënsæ* & parœciam *Helsinga Söfn* in peninsula, quæ isthmo non nisi tenui & exiguo cum continente cohæret. Maris, quo dextrorsum sinistrorum cingitur, sinus est *Venedicus*, ita dictus a *Venedis*, qui cum *Vandalis* connumerati *Scandie* nostræ inhabitatorum quasi primigenia fementis, suo quodam jure meritoque audiunt. Est non nego opinio illa densis involuta tenebris, eademque in dissentientium lubrico constituta. Sed cum pro *Vanis* gentis nostræ indigenis testata literis multa obveniant, eaque ad unam summam retulisse videri velit dissertationis de origine *Vanorum* Cl. auctor, inanes curas fecari velle argueremur, si locum eundem repetere, scenamque non re sed nomine diffonam, iterum

B ingre-

ingredemur. (a) Est autem exigua terræ portio illa, quæ ne fluctibus universa urbs cingatur præstat, circiter ducentarum & quadraginta ulnarum, colligendisque vectigalibus pro mercimoniis ultro citroque transvehendis commodissimam stationem præstat, Esboënsis tabernæ nomine insignitam. (b) Ex ista angusta terræ parte in illa, quæ occidentem spectant porrectiora *Nylandie* loca, quæque nomarchiam *Aboënsim* contingunt, publica via patet. Suburbano quo imprimis rure incingatur, si scire volupe fuerit, urbis nostræ pomœria tangere censenda est *Helsingia* plebeja, cuius sacratum religioni delubrum sesqui alterius spatio milliaris ab urbe distat. *Esboënsē* verò sacrarium

(a) Ex qua stirpe primigeniâ *Calebi* ne, eorum puta, qui in scripturâ *Sumashitae* & *Etsalitae* dicuntur, *Fenni* orti sint censendi, quia incertum esse putat *Finlandici* chronicæ auctor anonymous, in illam opinionem certo neque nosmet ingredi possumus. Sunt qui a *Wanno* salutandi formula *Venlandiam* primum, mox *Fenlandiam*, finitimæ gentis idiotismo, dictam volunt terram hancce. Sed cum lingvæ non *Fenniae* sed *Gothicae* originem debeat imperitiendæ salutis ratio illa, à *Venedorum* & *Vandalorum* consanguinea gente, hosque a *Vanis* (unde *Wanhem*, & *Wannaja*) descendisse isthanc nomenclationem, cum *GYLENSTOLPIO* nostrate non ægrè consenserimus. confer *HERKEPÆI* *Londini* habitam dissertat. de *situ Finlandiae* pag. 6.

(b) *Edsbo* ab *Eid*, quod præcipitis fluvii voraginem, continentisque habitabilem viciniam exprimit, vocabulum

erarium duorum, cum quadrante, milliarium intervallo ab urbe dirimitur. Ab oriente *Sibboënsis* trium una cum quadrante, milliarium spatio ab urbe secedit ecclesia. Editum, excelsum & amœnum locum occupat urbs, quam, sicut commoda situ, ita opere validam quoque, ejus summi VIRI dexteritate, cui munieræ urbis summa concedita est, post non multo futuram esse speramus. Loci situm isthac virtute instructum esse, testes sunt colles, regionibus urbis, ceu insulis, paſſim intermixti, quos inter familiam dicit longo eodemque cuneato acumine prominens *casarum mons* (*Kasaberget*) vilioribus eorum habitaculis, qui ante introductum rei tabellariæ usum, pyris & speculis curandis præpositi fuere, olim destinatus. Hujusce vero generis angarias Scythica lingva vetere *Wåter* / *Kasar* / *Wårdkasar* olim dictas fuisse, qui ex illa gente originem suam arcessit, ignorare nemo potest. Hodie montis supercilium idem nomine magis augusto *Castelli ULRICÆ* (*Ulricas-borg*) insignitur. Hunc locum munire cœperunt, septimo ab illo, quo nunc vivitur, anno, felici sub auspicio celsissimi regni senatoris, comitis & gubernatoris *Finlandiae* generalis Dn. *GUSTAVI FRIDE-*

B 2

RICI

Gotbiceæ originis esse, cataractæ *Gotbiceæ*, quæ eodem nomine veniunt, & *Stora* atque *Lilla* *Edet* dicuntur, plus fatis indigitant. Cumque vix aliqua vetusta detur non significativa nominis notio, torrentem *Vanorum* undam, heic loci, sicut occiduâ *Gotborum* regione, oræ & parti finitimæ appellationem dedisse, quis quæſo! ambigere potest?

RICCI de ROSEN, cuius nomen non meminisse, quoties de civibus in Regem & patriam bene meritis dicendum venit, *Finlandia* impium & nefas esse censet. Sed est illa non ad fastigium adhuc moles deducta. Ut autem extrema manus operi oculis accedat, laboris & industriæ summi viri, in quos arcis & urbis muniendæ cura hodie est devoluta, dedita opera pro se quisque incumbit. Solem hieme occiduum prospicit plano suo alter monticulus, *Johannis*, nescio cuius religioni facer, quem congestis in unum incensisque picatis doliorum & lintrium fragmentis urbica juventus venerari ante solita fuerat. (a) Sed cum imminente improviso ventorum vi fieri facile posset, ut urbis tecta quoque flammâ corriperentur, ludicrum pietatis genus illud, curante urbis magistratu, paulo ante desiit. Feralis locus suppliciis reorum sumendis facer rigidis poli plagam pelagiique situm consequitur. Appellatur monticulus idem *Broberget* / quem, postquam munimento novo exstruendo accommodari cœpit, funestam veteris ævi faciem honestiore brevi permutaturum auguramus, modo quo supplicii theatrum *Hierosolymitanum*

(a) Id quod factum videtur modo & ratione eadem prope, qua adolescentula *Angliae* pubes, urbe in ipsa, pontifici romano; itemque potentissimæ UNIGENITI bullæ romanae, *Parisii* dissidentes identidem parentare solent, cuius utriusque ludicrae rei exemplum, publicæ novellæ nuperrimè prodidere. ne de illis quid dicam pugnis & argutiis, quibus, abrogatâ superstitione gentilitia, primorum tempoz

*zunum & Holmense Danicum, HELENÆ principis auspicio alterum, alterum CAROLI GUSTAVI monilimine regis, struendo augusto templo utrobius consecratum fuisse novimus. Collis rerum venalium negotiationi destinatus, qui Marinæ bacca dicitur, ad orientem spectat. Ratio hujus denominationis, utrum inde petenda sit, quod *Russi*, dum regionis civitatisque ab anno MDCCXIII. usque ad cccxxi. possessores essent, rerum promer- calium suarum tabernas ibi habuerint constructas; utrum vero ex alio casu consilioque nomen idem colli inditum fuerit, nostrâ scire, nunc certè pa- rum interest. Est neque silentio prætereundum fortalitium vasto septum aggere, quo superiore longinquo durante bello urbem hostes circumde- dere. cujusmodi tumultuario genere propugnaculi, ad submovenda, quæ forte inopinato ingruerent, *Aboæ* securitati, locis opportunis insuper etiam pro- spectum ivisse vidimus.*

Denique ne earum rerum, quæ ad pulchritudi- nem & salubritatem spectant, huic cœli terræque tra- ctui naturam nihil contulisse quis existimet, ad illius commendationem attendere neque piget, quod maris prospectu ab una parte liberrimo gaudeat,

B 3

cam-

rum Flamines Christiani ad πληροειαν et constantiam in novelia religione, veteris ecclesiæ fideles commonefactos voluere. Sed quam, propter pericula publicæ & privatim metuenda, histriioniam, melioribus seculis abrogatam fuisse, vide atque confer MEIBOMIUM in tractatu de IRMEN- SULA, SAXONIAE idolo pridem famigeratissimo.

camporumque ab altera vastitatem, eandemque herbis & oleribus frugiferis distinctam ostentet. Sunt in exteris gentibus nonnulli, qui *Scandiae* sicutum urgere non dubitant; sunt qui pruinis ridentem, non nisi montibus & tesquis infamem esse blaterant. Sed a qua judicandi prurigine temperaturos nullus dubito, si qui æstivo tempore sensibus lenocinantur aquarum & lucorum fusurus, avium modulationes, svavissimosque, qui aëra repellent odores persentiscere ipsis datum fuisset. Vernantis gratiæ locique ingenium omnem industriam artificum prævertere, ipsamque cornu copiæ suum Cererem heic loci effudisse sua sponte agnoscerent. Quid multis? cum sit illa regionis hujus conditio, ut spiritu aliquo aër semper moveatur, auras quam ventos crebro magis experiantur, opimamque messem apud nos citius, certe non serius quam in transmarinis percoquat supernæ lampadis æstus; hinc neque mirum ingenuæ originis plures heic loci in lucem gigni quotannis, quam e vita excedere, & qui grandes natu confescunt, avos proavosque venientibus ad se nepotibus quasi digito monstrare, eorum fabulas & sermones repetere, eoque efficere solere, ut eodem cum majoribus seculo se quoque natos, minores sibi imaginentur.

§. IV.

Tempus primævæ ejusdemque rudioris fundationis
dit,

pandit, quæque cum primum nasceretur urbs, privilegia eidem concessa fuere, aperit.

PPrinceps de universo *Svethia* regno ejusque libertate ecclesiastica & civili immortaliter meritus Rex GUSTAVUS I:mus, fundandi hac regione municipii adjutor & impulsor exstitit; Anno enim MDL. ad locum illum ante nominatum **Gammelstad** (quamdiu in rudimento spei suæ omnia adhuc constituta essent, *Sandhamn* dictum) urbis nostræ fundamenta collocari præcepit. (a) In hospito verò loco fundati & jure stipulæ donati municipii hujus caussam **TEGEL** in regis illius biographia hanc annexit, nempe ut cum *Batavis* & *Russis* liberæ negotiationis exercendæ occasionem haberet novitia civium turba *Ekenesio*, *Rau-moå*, *Borgoå* aliisque *Finlandiæ* oris sedes heic figere jussa, ut non agrorum in urbe commoda se starentur, sed sterilium sine fruge commercantium *Belgarum* more, ad honestum è longinquo quæstum ditescendi, studium omne suum converterent. Mercibus in illum modum è prima manu emtis, quantum lucri civibus *Svecanis* accessit, tantum invidiæ quoque apud *Lubecenses*, qui arctoo orbe acerbissimum folis sibi mercatum vindicaverant, conflaguisse **LOCENIUS** observat. Compararant illi sibi multo ante negotiationem libera-

ram

(a) Confer *MESSENII* Scond. illustr; Tom. V. p. 105. X. p. 25, 26. & XV. p. 116. *WEXIONII* descr. *Svec.* lib. 7. c. 18, & *TUNELDII* introd. in geogr. c. 5. p. 364.

ram per sinum *Venedicum* & *Livonicum* quaqua
versum, illamque præscriptionis titulo munitam,
temporis lapsu nullo ausuve turbari posse præten-
derunt. Sed cum non *Hanseaticæ* solum, sed & ce-
teris civitatibus, maris navigationem liberam esse
Svethi apertè proderent, imo usurpati improbè pri-
vilegii sui eandem non difficulter convincerent,
incredibile in quantam indignationem, qui rem
illorum *Holmiae* curarent, effebuerint. Insidias in
urbem, arcem & navalia parasse perhibentur. Sed
cui malo, ne latius serperet, à GUSTAVO matu-
rè provisum, & accuratis excubiis in tempore ob-
viam itum fuit. Verum enim verò in ipsis veluti
cunis illa emporii heic loci instruendi ratio per-
mansit ad regimen usque augustissimi regis JO-
HANNIS III, qui incolas hujus loci per literas
Holmiae die III. aug. A:i MDLXIX. datas certo
certiores fecit, non solum quod industriam atque
laborem constituendæ & instruendæ urbi necessa-
rium huic loco impendere possent, verum privi-
legiis eximiis etiam cultui & religioni urbis veli-
ficare neque intermisit; quorum præcipua oculis
lustrare a præfenti instituto non alienum erit. Sci-
licet primo loco potestas facta civibus mercatu-
ram terra marique liberè exercendi cum omnibus
in nullam peregrinitatem redactis; Comitiorum
jus, & quæ ceterarum urbium esse solent, im-
munitates, novellæ communitatis hujus quo-
que esse voluit. Inde ut duo fundi rustica-
ni & totidem pagi, qui novam urbem proxi-
mè

mē contingebant, civitati subeſſent, eidemque in majores minoresque areas distribuendæ, nec non armentorum pabulo, aliisque necessitatibus inſervirent, in mandatis dedit. Pagorum non cum magno ambitu nomina fuere **Gumtäck & Forsby**, quorum *alterum* ſex virilium portionum ambitum complecti voluere tabulæ, quæ pridem fuere cenſoriæ; *bujusce* verò glebam exiguam magis anguſtamque tertiatâ parte minorem eſſe voluerunt. Imo ne edulii genere maritimo quocunque destiſuerentur incolæ, iſulas minores **Blåbärsg = Höfje = & Sompeholmen** pifcatum convenire iisdem neque interdictum. Contingit altera parte urbem **Vanorum** fluvius, cuius notatu dignam mentionem ante modo fecimus, quiqe ex Svetia colonos arcessi- viſſe majores nostros, in paucis non ſine pondere teſtis eſt. Speſtabat gratia regis quoque molendini in cataractis fluvii exſtruendi commoditatem, ſub illa tamen non obſcurâ conditione adjectâ, ne, in honorem civibus facta confeſſio iſta, ſalmonum, præcipiti æſtu ſalientium pifcaturæ regiæ fraudi eſſet præjudicioque. (a) Dehinc ne qua in re ſtudiis civium rex ſummæ pietatis & benignitatis

C

deeffe

(a) Pelago quæſitam animalis nobiliorem ſpeciem iſtam, multo quam urbs conderetur, ante regio & fisci patrimonio ceſſam fuifle, omnemque ex amne prouentum iſtum **Padifensi** in **Livonia** monaſterio, pro requie ſua ſuorumque **MAGNUM Erici Svetiae** regem anno 1351. confeſſaſſe, acta ævi illius publica teſtantur. **DALINS** Sv. hiſtor. II. p. 505.

deesse censeretur, negotiationis cum diffitis & indigenis exercendæ confuetudinem rusticis interdixit, suaque una cum pascuis rura curare, suam Cererem colere præcepit. Quàm verò perversè cum illa republica actum sit, ubi nullo habitu civium discrimine, ad commercia tractanda illi quoque admittuntur, qui, quæ ad mercaturam honestè instituendam requiruntur, juxta cum ignarissimis nesciant, cum in insigni sua de *œconomia patriæ* dissertatione ad liquidum perduxerit hodiernus juris & *œconomiae* professor Upsaliensis Dn. A. BERCK, idemque ad cautius mercandum excitæ sedibus suis juventuti Academicæ etiamnum auctor & exstimulator superfit, ne extra circum velitationis me movere velle videar, rem latè patentem substrinxisse mihi in præsentia satis erit. Sacra nundinalia *Eusebiæ* olim, *Themidi* & *Mercurio*, plebejorum puta per vicinos cœtus, *Pöttis/* *Gibbo* & *Borgo* collectorum mercatui consecrata revocavit, & quod forum rerum venalium heic loci institui jussérat felicis memoriæ parens, regni jure & sanctione ulteriori sua constabilivit. Translata ad celebriorem mercatorum conventum publica regionis negotiatione, ne quæ urbi non habitatæ diu, neque satis cultæ materia inclarescendi deesset, sicut flaminum lucro suorum papa pri dem, ita urbis hujus auctui & incremento solemnnes nundinationes crebro magis exerceri voluit, eodemque fine circa Bartholomæi festum prope *Abborfors* prædium, Helsingiæ novæ oppidanis

danis cum Borgoënsibus merces suas distrahendi potestatem fecit. Geminam nundinationem, quæ diebus visitationis Mariæ & exaltationis crucis, *Borgoë* haberentur, designavit; ne quæ CONSTANTINO objiciuntur à Hieronymo, quod *Constantinopolin* ille suam ceterarum urbium nuditate fundarit, præjudicio nescio quo, ad nostræ urbis fundatores quis referre possit. (a) Nundinas verò die Johannis baptistæ in parochia *Sibbo* ante celebratas, solemni erga Deum religioni hominesq; iustitiæ, tempore eodem urbis novæ incolatui, ejusque ditecendi compendio cedere jussit. Festo epiphaniæ, aut si dicere mavis, magorum trium, nundinas quoque sedibus iisdem celebrari præcepit. Item in parochia Esboënsi ad villam *Bobâck* Michaëlis festo, publica mercium, cuiusvis generis emtio venditio, prisco more, nostratisbus permissa. Quin, ne ex agro in forum iterum traducendæ negotiationis nasceretur locus, improbam in urbe cum exteris nundinationem exercere rusticæ plebi penitus interdictum. Illas ad commodum & incrementum urbis datas immunitates priorum regum, rex SIGISMUNDUS lit. dat. die XXX. Jun. MDXCIV. non solum confirmavit, verum Borgoënsibus finitimis etiam promercalia bona sua diffitis & exteris gentibus distrahendi facultatem ademit, & quod dicitur fori jurisque communis

C2

h. e.

(a) *Hieronymus* in *Chronico*, *Fabricio* in *bibliogr. antiqu.* teste VI, 14.

h. e. stipulæ privilegium *Helsingforsensibus* unice concessit, hanc imprimis ob justam & magnam rationem, quod *Helsingforsia* non mari propior illa solum, quam *Borgoæ* sita sit, sed & locum teneat urbis sepiendæ munimentisque instruendæ magis capacem, quale otium securum semper quærere solent, qui inter terræ filios eminere, opesque ad non minorem civitatis, quam suorum gloriam conferre instituerunt; quid? quod si municipio utriusque jure pristino suo, temporis intervallo longiore frui permitteretur, jejunè & exiliter rem suam utrimque peragerent, stirpium more arcto magis invicem angustoque loco annatarum consistarumque, quæ nutritioni destinatum succum invicem sibi præripere & subducere solent. SIGISMUNDO submoto rege, surgentis in altum felicitatis civium auctor & adscriptor novus surrexit CAROLUS IX. rex, ille qui privilegia ab antecesoribus, præcipuè verò JOHANNE rege concessa, clementissimè corroboravit, diplomate dat. die III. Julii anni MDCVII. Ne de ceteris immunitatibus quid dicam, quæ in subjectionis auctoramentum, recentioris inventi municipiis conferri solent, quibus cives ille suos discretis etiamnum septis habitantes egregiè munitos esse voluit. Inter illa verò muneri data lautiora, brevitatis caufsa, verbo nominasse sufficit: quod extraneis, qui civitate semel donati fuerint, iisdem ad pristinum larem remigrandi nulla potestas data fuerit, nisi tradita & commissa civitati tertia parte bonorum suorum mobi-

mobilium. (a) Scilicet erat illud solemne exteris, utpote Germanis, Belgis & diverso cœlo genitis aliis quoque negotiatoribus, ut post positas aliquando Helsingforſiae fides, auctamque inibi egregiè rem nummariam, ad suos iterum reversi sint, non sine urbis, pro cuius magnitudine anno uno alterove pugnare visi sunt, insigni damno, præcipue vero fortis, quâ exercenda veniret negotiatio, importuna diminutione. Deinde permisit rex longè clementissimus etiam, ut pecuniæ mulctatiæ dimidia portio, usui civitatis, in rationes ejus referretur. Denique opum, quibus crevisset civitas, decima parte hæredem eandem constituit, eundemque æris censum subſtructionibus ædium publicis consecravit. Qua ratione rex immortalis memoriae GUSTAVUS ADOLPHUS civitatis nostræ immunitates auctum iverit, quantumve illius gratia & mansuetudine imperii incrementi acceſſerit urbi, satis superque conſtat ex variis edictis ejus noſratibus datis. Per lit. die XX. Maji MDCXIV. nundinas publicas, die 1. Sept. in parochia Tavastiaæ Janakala ad pagum Turckhauta celebrari permisit, civibus Borgoënsibus autem aliisque interdixit hunc, negotiationis

C 3

cauſſa,

(a) ALBINAGII jure municipali, excluduntur identidem extranei hæredes à bonis defuncti civis. Eodem, si non potiore jure princeps civitatis ſibi vindicat partem bonorum in imperio quæſitorum, cum expilatis civibus prioris commorationis, fortunarum fuarum novum apud exterorū receptaculum extraneus quæſitum venit. Jus autem, quo pro-

caussa, locum convenire. Quin, cum scirent cives, quanta in hostes iræ perseverantiâ, tanta in cives gratiæ magnitudine grassari optimum regem, inde missis nunciis ad eundem tenentem in urbe nostra aliquantilli temporis stationem, supplici prece rogarunt, impetraveruntque, ut, urgente summa eorum t. t. necessitate, cum exteris, navium suarum rostris jam ad urbem evectis, ea æstate liberè negotiari potestas concederetur, quamvis in comitiis Orebrosibus ante paulo vetita fuisset ratio commercandi ista, urbicisque per universum regnum injunctum, ad provehendam in majus suæ gentis œconomiam, propriis navibus exteris visitare oras. Quid? quod permisit insuper etiam redditus & vectigalia in regni ærarium jam ante referri sveta, anno currente eodem, juvandis nostratium perplexis rebus in solidum cedere, connumerarie. (a)

§. V.

Fundationem Neoforsiæ ejusque privilegia exponit.

QUAM à natura umbram & colorem *Helsingfor-*
sia ipsa sibi debeat; quæ, ne perpluerent na-
turæ munera, in eandem actorum & auctorum
primorum regum munificentia fuerit, videre quan-
tum

hibentur peregrini bona sua in universum omnia ex una ci-
vitate in aliam, sine pretii æstimatione & taxatione transferre,
jus detractionis vulgo nuncupatur.

(a) Vide Kongl. Maj:ts resol. på Helsingfors enskylta
besvärv af d. 18. Maij 1714. item af d. 24. Octobr. 1617. ubi
privilegia a præcedentibus regibus concessa confirmantur.

tum oculis nostris datum fuit, dispeximus; Vidi-
mus ab aratro Senatum urbi datum, & pristina
fede antiquata, ad aratrum rediisse iterum, qui si-
tum recentioris commodum magis sequi detre-
ctarent; quæ post inductum veteri oppido silen-
tium solitudinemque, novæ urbis fata fuerint,
quàm ex illis pristinæ ruinis hæc accreverit, por-
ro dispiciendum.

Optimorum curæ & providentia regum felici-
tatis futuræ suæ rudimenta *Forsiam* debere vidi-
mus. CHRISTINA virtutum divi parentis sui au-
gusta propago, cum pristinum consilium collocan-
dæ in vado utcunque (*a*) publicæ securitatis, ne-
gotiationis instituendæ opportunitati non parum de-
rogare videret, edicto d. II. Octobr an. MDCXXX-
IX. edito, potestatem dedit delectis ad comitia
urbis senioribus deferendi incolatus sui pristinas
fedes, & ad locum, quem oppidani hodie tenent
transferendi, ut sumtuum profusione minore, &
spe majoris securitatis cingi muris urbs posset,
item-

tur in quantum non repugnant statutis de certo mercandi
modo latis (*Handels-ordinancen*) quæ in comitiis Upsa-
liensibus hoc eodem tempore habitis revisa & emendata
sunt. Et, Röngl. Maj:t:s resol. af d. 14. Julii 1618. atque
d. 7. Febr. 1626.

(*a*) Cur remotiore a mari regione urbem primitus
~~ex~~structam voluere cives, ratio sine dubio erat securitas
quantulacunque ab argonautis minorum gentium, quorum
propiore loco telis obrui improvisò & una cum vita, bo-
nis omnibus raptim exscoliari potuere.

itemque regni, versus hostes, magis portuosa evaderet navigatio. Stetit in illo priore fundo circiter centum annorum opus, neque ante annum MDCXLII, excidio & ruinis datum fuit; (a) fuissetque in longiorem diem facile protractum, nisi habitationis deserendæ moram & diffensum multitudinis egenæ rupisset regni senator, magni ducatus gubernator comes PETRUS BRAHE junior, cuius providentissimè jactis instauratisque in solidum se debere, quidquid ornati & ordinati habet, *Finlandia* nunquam dememinisse potest. Ipfas fundationis tabulas, ad verbum heic loci inferere non pœnitabit, cum comprehendant illæ non solum veteris coloniæ commodiore loco constituerendæ rationem, sed indigitent eadem privilegia & immunitates etiam; ne de *insigni* quid dicam, quo ceu palladio, in argumentum regalis clementiæ, *Sveo-Gothorum Pallas* piissima novæ urbis acta muniri condecorarie voluit. (b) Utinam tutelari CORONÆ suæ æternum devincta perennet hæc nostra *corona*, neque *Diomedis* astu ullius a corpore suo divellatur! Cum ad tractandum regni clavum ematuruisset AUGUSTA, immunitates has ab imperii administris urbi datas clementissimè confirmavit lit. dat. d. XVII. Jan. an. MDCLI, & ne a se nihil datum videretur, civium fidem amplissimis pignerare præmiis ipsa neque intermisit.

(a) Patet hoc a geodætæ *Nicolai AVANDRI* urbis metiendæ, inque suas regiones certas distribuendæ opera.

(b) Wi CHRISTINA, med GUDs nåde, Sweriges,

misit. Quanto verò nisu studioque, quanta denique opera, postquam imperio se abdicasset regina, ejus in *Sveogothico* throno successores in id incubuerint, ut ad exoptatum florem suum fastigi-

D

umque

Giöthes, och Wåndes utskräda Drottning och Arffurs
stenna til Finland, Hertiginna uti Estland och Carelen,
Gröken utöfver Ingermanland; Giöre witterligit, efter
som Wi Øf hafiva föresatt och belefvat, GU Di den
Aldrahögsta til åhra, så ock til flera borgerliga församlin-
gars och ståders förmering, uti Mårt Storfurstendömme
Finland at låta fundera och upphyggia en ny Riöp-Sid-
och Stapelstad uppå den orten där Södernås udd nu är,
en half mil ifrån Helsingfors belägen; Wi ock dersjämte
fornimme hurn som åtskilliga skulle finnas, de sig där ned-
sättja wela, och samma stad begynna at byggia, där de al-
lenast på wiha stads privilegier fri- och rättigheter woro förs-
skrade. Så hasive Wi fördenskull om detta hållsamma,
och för våra undersåtare myttiga werck, så mycket bättre til
fortsättja, dem nu i förstone med följande privilegier och fri-
heter welat benåda och försörja.

1:o Gifwe Wi allom som sig på bemålte ort nedfätta
och boendes blifwa, macht och tilstånd at efter denne dag
Sweriges Stadslag uiuta och bruks, därefter Borgmä-
stare och Rådmän wålja, så ock andra Ambeter efter tarf-
wen til sättja, jämwäl ock uti alle förefallande saker, efter
berörde stadslag, ransaka, dömma och exsequera, handel
och wandel sig emellan och med andre ståder drifwa. Dock
Riöp-handels ordinansen i alla mätto oförkränkt.

2:o Efter det at framdeles, såsom uti andre ståder bru-
feligit, deras fälte domar, contracter, fullmächter, paß och
andre certificater, när så behöfvises måste med stadsens In-
segel bekräftas; Dersöre gifwe Wi dem til Stads Secret

umque pertingeret hæc urbs nostra, id, vel metacente, loquuntur tot non unius generis saluberrima edicta, quæ ut magis magisque adolesceret salus publica, validioraque, contra malignantium insul-

och Infegel, at föra och bruка en bååt, stående uti en forß, där åfwan uppå en förgylt Krona uti blått fält. Sedan at den staden ock härefter Helsingfors skall nåmd och fallad blifwa.

3:o Efter som Wi wele det Borgerskapet i Gamla staden H:fors, hälst de som någre stappelstads friheter här efter tänckia til åtniuta; skola transportera och flytta deras bo och hemvist til denne nya staden; Altså unne och efterlåte Wi honom härmed til mullbete och utrymme de twåne byar som åro Gumiächt 6. gårdar och Gorsby 4. gårdar med des ägor uti Ågelby. Item Blåbårs holmen, Söje holmen, Sompe holmen uti H:fors fiärden, jämte den qvarnen näst H:fors, hwilke alle under den staden tilförene hafwa lydt och legat.

4:o Skola alle som i berörde stad sig nedfättja och burskap winna i samfälte 12. år, ifrån denne dags dato, aldeles vara qwitte och frie för lilla Tullen, Bakungs pennigar och accisen af alt öhl och bränwin, som uti staden och innom des jurisdiction brygges och brännes: Sammalunda ock emedertid blifwa frie för Båtsmans håldning och den wanliga städernes contribution, samt andre ordin. borgerliga besvår och utlagor.

5:o Skola de hafwa macht lika som andre Kidp-Stadsmån och Borgare uti våra Stappelständer Wiborg och Åbo, at drifwa fri seglation och handel, så väl Inrikes, som Utrikes til främmande orter: dock oförkränkt Kidp-handels ordinances och flere i det fallet utgångne stadgar, och förförderingar.

insultus, evaderent urbis firmamenta, curam suam
omnem auctoritatemque accommodatam voluere.
Non commerciorum frequentiam modo, & quæ
privatum tribui moris sunt, municipalia jura civi-
bus

D 2

6:o Särdeles privilegiere Wi bemålte vår stad S:fors
på efterföljande frimärcknader, först de twåne som åro håll-
ne hårtil uti gamla S:fors, den ena om Selge Tre Ko-
nungar, den andre St. JOHANNIS tid at hållas. Sedan
at icke mindre besöksia och hålla de märcknader som uti Bor-
go stad den 1. Julii, jämväl uti Pyttis Sochn vid Lilla
Åbborforßen, om Bartholomæi tid för S:fors boerne plåga
vara fri och tillåtna.

7:o Så hafive Wi och Nädigast unt och efterlåtit at
utaf sakörerne som där funna falla, skall staden halfparten
hafiva och behålla til Kyrckiors, Scholars och andre stad-
sens allmåanna byggningsars befordring och uppehälle.

8:o Wij efterlåte och Staden til des bygning och för-
bättring, hvar tionde penning af alt det arf i staden faller
och därutur skall årsvivas, så at hvar någon utom Stads
bodde, den något arf antingen löst eller fast i staden tilsölle,
och han sielf icke wille bo i staden utan på landet, och fös-
ra løs ören af staden, han skall både af löst och fast, som
förbemålt står, til staden hvar tionde penning aflåta, och ans-
dock icke hafiva macht at sälja någon annan utom staden
boende, aukten huus, jord eller tompt, som han i staden ärft
hafver, utan staden løse och behålle det efter måtes manna
ordom, dock privilegierade Personer deras frihet och rått
hårimed icke i någor måtto förtagen.

9:o Hafiva Wi och nädigst unt och efterlåtit Staden
och des Inbyggare at de häresta skola vara frie för omlägg-
nings giästningar och allmåanna skuts färder, så til lands som
sidwågen; dock med det bestied, at de efter lag tilsättja Giäst-

bus concessere, sed illustrium personarum etiam,
qui urbis & regionis rem publicam pulchrè cura-
rent, sedem heic constitutam voluere, quarum vi-
tae splendorem, opificum & aliorum ministrantium
ma-

gifware ock wiße Taverner, hvilka skola vara förplichtade
at hysa och herbergera de vägfarande, försörja dem med öhl
och mat, såsom ock förskaffa dem skjuts hästar, wagnar och
båtar, och all annor fordenskap, som den vägfarande kan be-
höfva för penningar och skälig betalning.

10:o Efter ock ofta skie plågar at många sättja sig ne-
der i städerna, och giöra deras borgare eder, bruksa deras
handel och wandel emedan friheten warar, och når den ute
år, draga sedan af igen på andra orter. Deraföre så skall
hvar och en som borgare will vara, först, för än han til
borgerskap lätes och antagen warder förehållas, om han will
blifva där boendes i alla sina dagar. Hvar han det icke
giöra will, utan tilbiuder sig, medan han där handel och wan-
del, efter frihetenes förlopp, drifwa will, borgare rått giöra och
hålla; då skall det honom intet vara förbudit, alienast at han
sedan friheten är ute, åndå efter lag 6. år sätter qvar föran
han sin borgare ed uppsäger.

11:o Efter Wi ock wele at ingen gångande Åmbetsman
närmare än på 4. mil når staden sitt åmbete skall idka och
drifva; Deraföre wele Wi at alle sådans de sitt åmbete hos
allmogen drifva wela, sig i staden skola nedfättja och bor-
gare blifva. Befinnes någon som häremot giöv, skall sta-
den mächtig vara, honom med vår befallningsmans tilhjelp
fängla låta, och hwad då för arbete hos honom finnes, såsom
förbrutit antaga och än dertil böta låta.

12:o Så wele Wi ock med dese privilegier taga och
annamma S:fors Stads Inbyggare alle med hustru och barn
gods och ågodelar rörlige och orörlige, innom stads och utom,

manum attrahere, materiamque increscendi non
exiguam foro locoque conferre solere, palam no-
tum. Sed de quibus institutis, cum ad alterum lo-
cum, formam & *πλησίαν* civitatis perventum fue-
rit, pluribus dicturi erimus. Ast cum futuræ ur-
bis

D 3

uti Wårt Konungliga hägn, frid och försvar för alt öfver-
våld och orått, särdeles til lag och rätta. Och detta alt til
Wår vidare ratification wid Wåre angående myndige år
och regering. Efter som Wi ock spörja framdeles, at
denne staden sig något märckeligen förlofrar och tiltager, då
wele Wi nådigast vara betänckte dese Wåra privilegier
at öfverse, och efter Wårt godt finnande dem förbättra. För-
biude fördensfull härmend allom dem, som Øf med hörsamhet
och lydno åro förplichtade och för Wår skull wele och skole
gidra och låta, at icke tilfoga dem som u:i S:fors sig ned-
sättja wela, häremot hinder, meen och förfång nu eller fram-
deles. Til yttermera wiſo, är detta med Wårt Secrets un-
derhängiande, och Wåre samt Sweriges Rikes respecti-
ve förmyndares och regerings underskrift bekräftat. Gifvit i
Kiöping den andre dag i Octobris månad. År efter Christi
börd, Ettusende Sexhundrade, och på det Trettionde och
Mionde.

CHRISTINA

(L. S.)

GABRIEL OXENSTIERNÄ

Gustafson S. R:s Dråg

PEHR BANEER.

J. R. Cantzlerens ställe.

J. H. WRÅNGEL. ERICH RYNING:

J. R. Mäst. ställe J. R. Ammir. ställe.

GABRIEL OXENSTIERNÄ.Friherre til Nörby och Lindholm S. R.
Skattmästare.

bis magnitudini animis adeo linguisque faverit regni majestas, qui quæso! factum, ut cui rei, consilio puta urbis muniendæ, prius cautum esse oportuisset, illa ad manus, nostro ævo demum pervenerit? Utrum cum veteris ævi bellatoribus, ne virtutis obliscerentur, foissam & maceriem coloniæ obductam, pro servitii munimentis habuere nostrates? De magnæ Germaniæ incolis A. MARCELLINUS prodit, quod emunitos aggere colles, ceu lustra retibus circumdata, declinaverint. Nostræ recens habitatæ urbis utrum eadem mens fuerit, suasque cives in aperto sedes, non alio nomine positas esse voluerint, quam, ut ex urbe in agros, & ex illis iterum redeundi commoditatem conservarent, anceps animi quis requirere potest? Sed cum sit omnis sine lege libertas, non nisi isti agnata rei, cuius in humum & pabulum prostrata est natura, & ab illa, quæ TACITI ævo fuit, indole, ad ea quæ magis salutaria sunt, nostrates multo ante diverterint, caussam in longum prolatæ munitio-
nis urbis nostræ, hanc justam magnamque accipe. Erat tanta olim imperii Sveo-Gothici amplitudo, ut fines vix aliquos certò constitutos habuerit. Se-
curitati regionis, una cum ipsa natura, artem, quantum satis erat, prospexit, plus satis notum. Hodie cum penatibus nostris spoliatores alibi vix reperiantur, ne undequaque conveniri regione-
at, de eadem præsidiis & navibus opportuno quo-
cunque loco emuniendâ, quorum intererat, con-
silia conferre cœperunt. Cumque molienda rei
pul-

pulcherrimæ, aptior non ullus hodie reperiatur locus, quam qui nostratem terrâ marique *Helsingiam* contingit, ne quâ hostis in interiora regio- nis primo accessu penetrare queat, interceptis montium verticibus, portuosa nostris navigatio, hosti vero impeditior reddi cœpta. Exspectat suo sub *Atlante* ultimam manum brevi artis & molis eximum opus, utque ætatem, quam quæ voto præsumi potest, grandem magis, florente inque, consequi possit, *DEUM* precamur!

§. VI.

Formam urbis generalem delineati.

HAUC antequam ingressi fuerimus curam cogi- tationemque, lectorem benevolum monitum, eidemque ab initio statim prædictum volumus, heic loci nosmet, neque formam urbis antiquæ, nec illum habitum describere in animum indu- xisse, quo urbs nostra ad annum MDCLVII, efflo- ruerat; cuius prœcedente æstate accidit, ut quæ in urbe substructiones condi coepissent, furens in- cendium corriperet, tectisque inhærens idem, cum ope humana nulla coerceri posset, penatibus jux- ta facultatibusque cives exspoliaret. Quin, vici- set facile spem amplius emergendi illorum, nisi HEDEVEGIS ELEONORA, facta nuper Svethiæ AUGUSTA, sua ad benè sperandum munificentia, ex- torrem lare civitatem, excitasset. (a) Ad exem-

plum

(a) Vide Satrapæ t. t. ref. på H:fors Triv. insinue- rade supl. af den 16. Julii 1677, ubi hæc leguntur verba:

plum Principum, cum, fortis humanæ miseratio-
ne, jacentibus adminiculo accurrerent alii quo-
que, firmari animo magis, nec non sumtibus, &
viribus, in unum collatis, urbs reædificari cœpta
est. Verum enim verò contentionem, qua se eri-
gerent, non longè proferre potuerant, cum ami-
cissimas fortunarum sedes suas, iterum in fumum
& cineres abire, mœsto & conturbato vultu, vi-
derent anno MDCCXIII. Eodem enim, die XII.
Maji, hora ante meridiem XI, infesta, longinquo
metu suspensis, classis Moschovitarum supervenit,
& in urbem tanto impetu irrupit, ut cohortes
Fennicæ, non nisi DCCC. virorum, post exantla-
tam per intervalla tumultuarium cum hoste pu-
gnam, campo mox cedere coactæ fuerint, suoque
in discessu, ne commodam hosti stationem relin-
querent, urbi faces ipsæ, quamvis invitæ, subje-
cerint. Eodem loco, quo ante hoc ultimum ex-
cidium steterat, pace terrâ marique partâ, paula-
tim surrexit hodierna, auctibusque tot & tantis
quoti-

9:o Tillåtes dem frihet för accisen, efter staden måste giöra
större utredningar än andre. Förutom deß hafwer och sta-
den, för en liten tid genom en skadelig wådeld, stor och o-
hotelig skada tagit, så at hon utan en särdeles benädning,
och prolongation af friheten, icke kan komma sig up och
före igen. En Kongl. Maj:ts resol. på H:fors Zmw. ans.
af d. 9. Martit 1660. lyder sålunda: Efter H:fors stad ny-
ligen af en häftig wådeld är worden förbränder, så lemna
Wj dem frihet i 4. års tid, på lilla Tullen, accisen, och
baktungs pengar. &c.

quotidiè efflorescit, ut non minore loci amplitudine, quam formæ concinnitate, eam quæ pri-dem fuerat, in non paucis vincat & exsuperet. Longitudo urbis hodierna, ab oriente ad occidentem MCC. latitudo, a septentrione ad austrum DCCLIII, & peripheria, MMMCCCC. ulnas conficit. Ad forum, quod in urbe non nisi unicūm constitutum est, idemque quadratæ dimensionis, quatuor patent aditus. In quatuor regiones, ceu insulas, *Ostra* / *Vestra* / *Södra* / & *Norra* *quar-*
teren / urbs est divisa. Qui orientem spectat tractus, LXXV consitus est fundis; qui occasum respicit, LXXVI villis majoribus & minusculis constat: meridionalis plaga, XLIII. & demum septentrionalis CXXXII. fundos, sive areas, angustioribus modo angustioribus ædibus ornatas continet. Præter has recensitas, nonnullæ adhuc sunt areæ, ædibus destitutæ, quarum in exilio pristini possessores vitâ modo defuncti sunt, modo fortunæ diutius prementi, terga præbere, & alio-^{rum} sum commorationis suæ sedes transferre, coacti fuere. Plateæ urbis sufficienti latitudine gaudentes sunt sequentes, illæque maiores: *Stergatan* / *Ostra-och Västra-Kyrkgatan* / *Lill-och Stora-Glo-*
gatan / *Södra-och Vestra-Svandgatan* / *Lanväst-*
gatan / *Kårgatan* / *Berggatan* / ut minores anfractus, & transversas commorationum distinctiones, silentio transmittam, quæ cives inter socialis vitæ cultum promovent, & circumdata spatio contignationum serie, versus inopina ab igne damna,

E

reme-

remedium præstant. Telonia urbis numerantur tria: telonium *Eſboēnſe*, de quo supra. Hic etiam pro rebus consumptioni privatim destinatis, publicæque distractioni propositis, solvuntur accisa. Telonium alterum, *Cronoburgense* & *Tavastense* audit, non alio nomine, quam quod viam *Tavastlandiam* versus aperiat, immo per *Savolaviam*, *Car Eliam*, trans *Europam*, in *Sarmatiæ* interiora proficiscentibus, pervium efficiat transitum. (a) Telonium *maritimum* (*Sid-tullen*) ex commerciis mari institutis, quæ publico debentur colligit. Ædificiorum in urbe structura est lignea, eademque haud invenusta; (b) habent enim ædes plerumque omnes, suam non exiguum laxitatem, altitudinem-

(a) Tempore hiberno migrari nonnunquam solet statio tabernæ hujus. & ad tractum, quem vocant *Eſtndøs*, qui suburbanam orientem plagam respicit, transferri. Per eandem enim viatoribus super glaciem brevior, hiberno tempore, plana magis, expeditiorque ad urbem via profstat.

(b) Tres tamen lapideæ ædes hodie conspicuntur; & quo magis in portu, quod dicitur, navigare cœpit publica securitas, tanto intra moenia, domesticum larem columine & cultu conspicuo magis tecta sua prolaturum, speramus. Est Pieriæ domus lateritia, paulo ante coepta molitio. Illa, ubi in justam altitudinem extreverit, sicut numerum concinniorum ædium auget, ita ad dignitatem urbis, luminis non parum brevi affundet. Sed erit de substitutionis materia & formâ illius, modò commodior dicendi locus.

dinemque, imo etiam quædam obviæ sunt, quæ duabus, & tribus contignationibus, sursum assurgunt; ne de artificii & symmetriæ decore quid dicam, ceterisque quæ ambitione irritante, peritia & elegantia amat. Situ & opere fastigiato in altum exsurgens templum, suo cum campanili, itemque curia, suo se vertice attollens, adipicentium, tantum non omnium suffragationem mereri, ex agris advenæ omnes consentiunt. (a)

§. VII.

De forma templi speciatim agit.

PRimum in urbe, quod procul intuentibus advenis religionem incutit, venustissimæ formæ templum, CHRISTINÆ reginæ auspicio, ad illum, quo hodie eminet, modum condi cœptum fuit, conditorisque suæ nomini dedicatum; quæ ut verterentur incommoda quæcunque in felicem eventum, Tullhalle prædium lateritiæ officinæ instruendæ, non difficulter concessit. (b) Hoc vetustissimæ religionis delubrum, eidem, cui urbs ipsa, fato involutum, eademque cum privatis ædibus, mole incendioque obrutum fuisse, anno

E 2

MDCLVII,

(a) Hæc forma urbis, quæ exacte regularis non est, in posterum perfectionem, quod speramus, induet habitum, ad delineationem illustris & ingeniosissimi viri, cui munienda urbis summa commissa est.

(b) Vid. Kongl. Maj:ts ref. på H:fors Inv. ansökt. af den. 20. Martii 1643.

MDCLVII, extra controversiam esse videtur. Quo
verò tempore, quæ hodie est sacra ædes, iterum
reædificari, suoque nitescere cultu cœperit, ob
defectum documentorum, exactè definire non
possimus. Id certum tamen, exploratumque ha-
betur, quod textum affabre opus, an. MDCXCIII.
planè non adhuc absolutum fuerit. (a) Hanc æ-
dem ex lignea constructam materiam, inque figu-
ræ oblongæ conformatiōnem concinnatam fuisse,
item organo pneumatico illustri, lapidibus sepul-
cralibus, aliisque ad memoriam æternitatis exor-
natam fuisse monumentis, exactæ ætatis viri ve-
nerabiles, etiamnum testes sunt certissimi. Hoc
vero Deo sacratum ædificium, in fumum & ci-
nerem una cum urbe, an. MDCCXIII. redactum
fuit. Ab anno MDCCXXI, quō, inita pace cum
Moschovitis, hæc urbs una cum ceteris in vicinia
regionibus capiti & regno *Svecano* pristino suo
restitueretur, oppidanique ad vacuefactos suos
exscoliatosque penates sensim redirent, ne focus
suis sacra destituerentur, plebeja ex ligno tabula-
rum series conglutinata fuit, eademque areæ,
nauti-

(a) Kongl. Maj:ts ref. af den 29. Decembr. 1693.
Nostrates quidem supplices tum petivere auxilium, ad
templum, & campanile exstruendum, sed summa urgente
eo tempore regni necessitate, nil opis rex longè clementis-
simus, utut libenter etiam voluerit, illis concedere potuit,
præter illam jam antea datam potestatem, stipis (collect-
petigar) per omnes regni ecclesiias cuiusmodicunque colli-
genda.

nautico ponti vicinæ, superimposita. Stetit ad annum MDCCXXVII usque illa templi porticus, quo vergente, areâ locoque, quo templum ustulatum ante stetisset, hodiernum tanquam altera phœnix surrexit, alternamque suam per funera vitam reassumfit. Est hoc recens cultui *Divino* sacratum magnificentum tectum, ex lignea quoque constructum materia, prope forum, ad occidentalem ejus partem, factaque, media parte, totius operis coniunctione, formam crucis exhibet. Ab orientali parte ad occidentalem, facta commenfuratione XLV, a meridie verò ad arcton, XLI. ulnarum intervallum, complectitur. Cornua verò, in quæ sepe porrigit pars medioxuma templi, quatuor longitudinis, & latitudinis XV. cubitorum sunt. Tectum, quô ceu operculo cornua munitur ex ferro imbricatis: turris verò ligneis imbracatis ex stanno lamellis an. MDCCXLVI. operatum est. (a) In exteriori turris parte, illinc folis species sublime cendentis, hinc pleno vultu luna, ad vividum expressa, comparet. Sacrarium, quod ab aquilonari templi parte exstructum est, & per quod aditus ad fanum personis, sacro ministerio devotis, patet, quadratæ dimensionis est, longitudinisque circiter IX ulnarum. Inter ornamenta

E 3

templi

(a) Ad hoc opus, omne secundo coepsum, quantius pertexendum, indulxit Rex immortalis memoriae FREDERICUS I:mus, civitati nostræ potestatem, stipem libellicam, per universum regnum, & singulas ejus diœceses iterum colligendi, inque religionis usum convertendi.

templi interiora, primò nominandus est suggestus, qui fulgore & splendore suo intrantium oculos animosque prorsus capit. Est enim hic variis imaginibus affabré sculptis & auro obductis exornatus, adeo ut paucos in nostra gente reperias illo artificiosiores. A boreali artis & substructionis hujus parte hæc conspiciuntur verba: om **I blif-
wen wed min ord / så åren I mine råtte lärjungar**
Joh. 8: 31. Inde affixo, superiore loco, tholi tergemino tabulatui rutilantia auro sequentia leguntur verba: **PETTER STEEN, MARIA ELISABETH GROEN/
CHRISTINA SCHELE**, quippe quorum a fortuna e-
gregie instructæ conjugum triadi, cathedra ante
oratorium editior hæcce substantiam & formam
suam in solidum debet. In quarta ejusdem indo-
lis tabula exstat annus 1726. (a)

Tabulam altaris fulvis & conchyliatis coloribus distinctæ imagines ornant, Christi còram discipulis in monte transfigurationem exprimentes. Supra illam in pariete templi, penicilli artificio, exortus solis vividè est depictus, quem excipiunt hæc verba:

JEHOVAH

TU LUX, TU VITA, TU MEDICINA

Et

(a) Fuit hic STEEN mercator Holmiensis, natus *Helsingforiae*, qui ad laudes Numinis celebrandas, & in perpetuam nominis sui recordationem, hunc fugitum anno 1726. templo dono dedit. GROEN fuit illius altera, & SCHELE, Aboæ genita, altera conjux.

Et
ULRICA

Tu Nomen Splendidum Tu Meum Decus
eris.

Insigne *Helsingforſia* inde depictum est, & hæc cautionis plena commonefactio mox subter adjecta:

Eu ſtad, o Helsingfors, tin gamla ſynd lågg af,
Om tu ej segla will ånnu en gång i qwaf.

MDCCXXVII. (a)

Podia quoque, aut si dicere mavis loculamenta tria, pulcherrimè elaborata, supra fores templi, inter parietes quaqua verſum ſemet porrigentia conſpicimus. Quin deſtituuntur neque ædis augustæ penetralia hæcee aliis, ſacræ rei commodo compendioque, dicatis anathematis, utpote fenestrarum ſpeculari lumine, quarum ibi XI numero fores numerantur, tantæ magnitudinis, ut ſufficientem lucem fidelium communioni non moleſtè ſuppeditent. Lychnuchi ex ære cyprio, fuſoria arte conſecti, iidemque ſedem facemque præbentes accenſis lychnis, cum phœbus luminare ſuum abſcondit, admodum ſex numerantur, quorum trini non ullis gaudent titulis. Reliquis vero liquidius modò, modò obſcurius largientium inſculpta leguntur nomina: joſt Huuk, A:o 1704. Lars Hindersſon, Margaretha Hindersdotter; item J. L. S. S. A. M. D. S. A:o 1659. Candelabra ex laſſellis

(a) Agnoſcit diſtichon hocce præpoſitum WÅNG auſtorem, compositum ſine dubio tempore & occaſione, qua religioni curia hæcce denuo dedicata fuit.

mellis aurichalci ductilibus confecta, parietibus templi affixa sunt decem. Porticus, quibus præstrui vulgo solent fores templorum, quaque pridem custodiendæ levi veterum armaturæ inserviebant, quot numero januæ, toties geminatae illæ quoque comparent, cunctisque e longinquo sacra perage-re cupientibus advenis, quibus confideant, sedilia ministrant. Sepulcra intra facrorum tecta nulla visuntur, ne odorum ex evangelio svavitatem differta odoribus sepulcra confundant. Interim in atrio ecclesiæ, puta in cœmiterio, sepeliuntur vitæ defuncti, more in vetere ecclesia usitato, & sanctis patribus commendato, qui ex communione ecclesiastica defunctorum, insignia in superstites bona redundare voluerunt. Usitatum fuisse *Romanis*, *paganis* & *Christianis* titulos inscribere sepulcris & monumentis suis, non ut de jure dominii modo, sed præclarè gestis illius constaret etiam, cuius in hac vel illa crypta conderentur exuviae. CATONEM seniorem sepulcra legendō, in memoriā mortuorum non gravatè venisse CICERO in libro, nomini illius inscripto, testis est. Insulatis pro merito, mortuorum elogiis cava saxa loquacia reddere *Helsingicos* neque intermisso cives, quæ in illo atrio superfunt monumenta testantur. Qui sub altari, quam sub viridi colle vocantis ad iudicium vocem supremam liquido magis percipi posse putant opulentiores, ædicularas dormitorias suas pulvinaribus sacrī approximari contendere nonnulli quidem: Sed cum ad opinionem non nihil,

hil, ad veritatem verò, puta salutem publicam
nil omnino conferret votum, imo ritu religionis
pristino, intra definitum aratro urbis locum, sepul-
cra constituere penitus non permisum fuisse, no-
tissima res sit: ne feralis contactu pulveris genium
loci ipsum contaminari quis suspicaretur, privilegii
illius abs senatu ecclesiastico, in præsens usque ne-
mini facta est indulgentia. (a)

Pastores ad docendum verbum, & exercenda
jura parochialia, legitimè vocati & ordinati, ab
initio superioris seculi heic loci, tanquam glebæ
suæ affixi, confedere sequentes:

Dn. HENRICUS WITTICIUS. 1612. Dn. JOHAN-
NES BIRGERI, 1641. Dn. GEORGII ORLANDER,
1648. Mag. ANDREAS NYCOPENSIS 1664.

Mag. ANDREAS IGNATIUS, primum rector scho-
læ *Helsingforiensis*, inde 1702. pastor. Mortuus

F 1710.

(a) Decorè inhumatum iterum exhumari, pro vita ex-
actæ turpitudine quadam, imo posthumæ infamiae loco
veteres habuere 2. Reg. XXIII. 16. Nostratibus, cum cry-
ptæ intra ecclesiam funera inferri primum, & perfecta
solemnitate, iterum efferti & solo sepulchrali promiscuo
contumulari moris sit: quam ab ipso semet publicum
decorum sæpe dissideat, & majorum institutis turpia & hone-
sta multa metienda veniant, ad animum vocato exemplo
hoc ipso, quasi per transennam quisque videre potest. In
veteri ecclesia istiusmodi reliquiarum translationem apud
illos, quibus multitudo sanctorum quæstui est, invaluisse,
& ad degeneris pietatis insanam commendationem admodum
multum contulisse, quis nescit?

1710. pestifera grassante lue, & inusitata mortalitate genus humanum depopulante.

Mag. JOHANNES SERLACHIUS, *Nylandus*. Post exactum rite scholæ magisterium in gymnasio Wiburgensi, pastor *Kekisholmensium* constitutus anno 1689. Belli ingravescente æstu, *Forsiam* translatus anno 1711. quin, cum in illis sedibus neque diu morari sibi datum videret, in Ostro-Gothiæ transmarina se recepit. Inque illo exilii portu antistes *Husbyensium* ad annum 1729. egit, quo ineunte spiritum, quem natura dederat, fato reddidit.

Mag. JOHAN. WÅNG. Ne qui gregem pasceret, duce & custode diutius justo destituerentur cives, regio diplomate instructus, e fuga redux huc accessit anno MDCCXXI. Denatus anno MDCCXXVII *Helsingforſia*.

Dn. JOH. FORSSKÅL. S. S. theolog. doctor. 1725. Pastor ecclesiæ Fennorum Holmiæ primum, (a) Wångioque fatis functo, anno 1730. pastor & praepositus Helsingforsensis constituitur; an. vero 1740. hinc *Holmiam* discessit, ubi iterum pastor factus ecclesiæ Fennicæ. Hodie presbyterio ecclesiæ sanctæ *Mariæ* tituli, *Holmiae* præst. utinam feliciter, & quæ tantum virum decet, in Nestoreos annos continuanda vitæ perpetuitate.

Mag. JOH. FORTELIUS. Anno 1730. constitutus rector scholæ trivialis, quæ *Olefsburgi* pridem flouruit. Inde lector gymnasii Borgoënsis 1734. vocatus. Dehinc unanimi parochialium vocatione, & superius

(a) Vid. dissert. de *Stockholmis* p. post. pag. 62.

riorum ordinatione pastor & præpositus *Helsingfor-
sensium* factus an. **CICCI**CCXL¹, quam spartam summa
cum laude, & pleni vigoris emolumento etiamnum
sustinet, obit, exornat. dignus qui cum comministro
& legionis artilleriæ parocho Dn. **ALEXANDRO HEL-
SINGBERG**, tranquillissimè senescat, & florem juven-
tutis, industriæ beneficio, ætatèm retineat.

Denique hoc ultimo loco, illud insuper mo-
nendum, quod ad curam pastoris & præpositi Hel-
singforsensis pertineat quoque parochiæ suburbia-
næ administratio, cui cum veteri urbe nomen
idem inditum est. Usque ad annum MDCLIII.
hæ duæ ecclesiæ diversos habuere pastores. Dicto
verò anno, pastor *Helsingforsensis* **GEORGIVS ORLAN-
DER** CHRISTINÆ reginæ beneficio, procurandæ
utriusque ecclesiæ auctoritatem sibi, suæque in-
facro munere posteritati conciliavit.

§. VIII.

De Campanili.

Fixstrutum fuit campanile ad magni fori occi-
dentalie in partem, collem super apricum spa-
tiosumque, idque nonnullis ante annis, quam
voracibus flammis depascendos traderent penates
fuos, cives jam jam extorres futuri. Erat mate-
ria, ex qua conflatum fuit, lapidea partim, par-
tim etiam lignea. Quæ vero supernè eminebat
sylvestris moles igne consumta fuit, tempore mo-
do nuncupato. Post redditum e fuga, quamvis rei
gerendæ nervo vacui, cives eandem iteratò tamen

reparare cœperunt. Anno verò MDCCXLVI il-
lam induit formam quâ jam superbit, dum mu-
rus non solum adauctus fuit altitudine, sed tur-
ris insuper etiam ligneis segmentis, iisdemque
stanneâ toga vestitis exornata visitur. Fastigium
muri, qui hodie est, viginti & tres cubitos una
cum quadrante complectitur; quæ vero supernè
eminet turris altitudo, a fornice ad fastigiatum
acumen usque, in spatiū triginta & quatuor
ulnarum porrigitur. Murus quadratam habet fi-
guram, latitudinis octodecim circiter palmorum.
Eodem opere octo fenestræ superiori turris parti
insertæ sunt, eorum usui, qui ad prævidenda ab
alto fortuita quæcunque, eademque quantum in
se quidem præcavenda, urbis in excubiis positi
fuerint. Anno MDCCL. horologium sat accura-
tum & præstans in turri, loco supra campanas
edito, comparet, quod diei venientis & deceden-
tis vices, nostrosque in umbram mortis propio-
res gressus exactè describit. Campanæ, quæ ite-
rū iterumque facto pulsu suo repulsuque, ad
publica vota Sionis gregem convocant, non unius
moduli neque mensuræ sunt. Quæ cetera tinni-
entia æra mole & magnitudine antecedit, hunc
ab altera parte sui titulum repræsentat: Denne
Klockan åhr af ådle Herrar, förnemlige gode mānn
förtåhrat / hvilcas namn i Kyrkones bok finnas
här sammastådes. Hujusce æris adversum latus
iterum sequentia ornant: Den ådle och Welb.
Herre, Herr ERNEST JOH. CREUTZ til MALMA, TAM-
MER-

MERKOSKI och CASARITZ, Landshöfdinge öfwer NYLAND och TAVASTEHUS län. Den ådje och Welb. Fru, Fru ANNA ISAACS Dotter SÖLFVERSPARRE, Fru til ORA, MALMA, TAMMERKOSKI och CASARITZ. Titulis hisce, diverso loco, ex Psalmo DAVIDIS centesimo quinquagesimo, integri versus adscripti leguntur, & demum quo ecclesiæ usui primum destinari cœptum vas ahenum hocce, annus exprimitur CICICLIV. In altera verò, quæ minoris moduli est, campana, hæc comparent verba: Denne Klocka är gotten af KONGL. Styckgiutaren GERHARDT MEIJER i STOCKHOLM. Tertia quæ tinnuli æris minima audit, inscriptione & elogio omni destituitur.

§. IX.

Scholæ, ejusque rectorum historiam tradit.

FCClesiæ seminarium scholas esse, & si verè sapiens altera; iterum verè Christiana altera censeri velit, concordiam utrinque intercedere debere, LUTHERUS ait. (a) Ut frigido sub axe non obtorpesceret ingeniorum cultura, (b) per omnes regni

F 3

(a) *Sacerdotii & imperii*, itemque *rationis & fidei* harmoniam multis commandant de MARCA & HUETIUS, nomine PETRI, itemque Galliæ episcopatu illustris uterque.

(b) Quam de ingeniosis borealium philosophicis perversè sentiat HEUMANNUS, & in denen alzufalten ländern dieselbige gleichsam eingefrohren, und wenigs activitet habende esse censeat: In diversam verò sententiam abeant HAHNE professor Kiloniensis, & una cum illo Westariensis ca-

regni sui partes PALLADEM *augustam*, CHRISTINAM puta, pia *Musis* sacraria instituisse, certe non *Finlandiam* muneris ejusdem exfortem esse voluisse, plus satis notum. Academiam *Aboæ*, *Wiburgi* gymnasium, & ceteris locis ephebea particularia instauravit, ut verâ religione pariterque moribus homine & cive dignis incolæ imbuerentur. Fuit illud CHRISTINÆ hæreditarium, benefaciendo nunquam defatigari; & ne quâ parte *Foſſæ* novellæ suæ honori & commodis deesse videretur, literario intra pomœria initaurato ludo providit, cui verendam majeūitate manum mox largiter accommodavit. (a) Ut autem connubium *scholam* inter *ecclesiamque* certo certius promoveret urbis *senatus*, quo jam ante ecclesiam, continente solo eodem, quoque scholam inædificare, sed exitu, &, in præsens usque eventu non alio, quam qui esse solet eorum, qui rem magno conatu, sed sine successu moliri solent. Quidquid sit, cur scholæ historiam, ecclesiasticæ rei recensioni

meræ consiliarius D. D. NETTELBLAD in commentatione academica, qua, sub ægide Palladis, dicacis opprobria lingvæ, salis genere eodem pro se quisque retudit, non incommode conferri possunt.

(a) Reginae CHRISTINÆ auspicio, & generali gubernatore curante BRAHAO, scholas triviales per *Fintaniam* surrexisse paſſim, imo circa annum CICICXXXIX, aonio Iudi genere eodem, rem *Nylandise* literariam, in hac nostra urbe auctam fuisse, dissertationis de ULOA auctor pridem cœlatur.

sioni subjunxerim, pro ratione sufficiente erit, quod
 quæ majorum pietas conjunxit, & orbe toto ferè
 communia, eademque contigua esse solent, heic
 loci opinione distrahi ego neque pati potuerim.
 Caussam verò in longum dilati operis, puta phron-
 tisterii heic loci exstruendi, hanc habe. Nempe
 cum penates non nisi pecunia jejunos ab exilio
 domum referrent cives, imo regni ærarium atro-
 cibus damnis accisum ipsum neque sufficeret sum-
 tibus faciendis, necessitatis habenda ratio effecit,
 ut intra strenuam consultationem res substiterit, cer-
 tè ad manum & effectum non nisi ægrè devenerit.
 Halcyoniis terra marique redditis, intra tabulata
 ædis, quæ pro promptuario *Moschis* inferviiset,
 scholaistica pubes primum congregabatur. Hodie æ-
 des *Forsmannianas* pro incolatu tenet, (a) ibique
 donec, quod sub manibus est, lapideum duarum
 contignationum ædificium ad fastigium brevi suum,
 complementumque adductum fuerit, in disciplinis
 sic dictis fundamentalibus à rectore uno, nec non
 conrectore & tribus collegis instruitur, morum-
 que, qui in amores trahunt, concinnitate imbui-
 tur. Hoc loco insuper monuisse juvabit, patrum
 memo-

(a) FORSMAN pridem mercator urbis fuit, idemque
 hospitalitatis laude insignis. Illo verò sub invento præ-
 sentissimi consilii, quam cum ceterarum rerum venunda-
 tione, literariæ rei mercatui pulchrè conveniat, opulentia
 promtuaria & Musarum penetralia juxta se posita, non
 exiguum publicæ rei decus conciliare apta sint, cuivis
 cognoscere promptum.

memoria ecclesiasticos cœtus sequentes: *Esho/ Kyrke-
slätt/ Wicktig/ Janakala/ Siundå/ Ingå/ Stor-
lojo/ & ulta Tavastburgum* parochiales *Hauhoëns/ es*
scholæ triviali nostræ, in modum patrimonii
fuisse legatos, ex quibus vitæ sustinendæ stipem
alumni illius colligerent, illi præsertim, quibus
pro patrimonio ingenium fors tribuisset, quibus
que ostiatim dicere nil sibi in pera esse, frons
ipsa deterret, dissuaderet. (a)

Series rectorum Scholæ hæc est.

Dn. JOH. MICHAELIS SAVONIUS. Dn. ANREAS
NEOCOLANDER. Mag. NICOLAUS LINDORMI. Mag.
JOH. MARTINUS GRÅM. Mag. ANDREAS IGNATIUS,
cujus inter pastores jam ante honorificam men-
tionem fecimus. Dn. GEORGIUS KYHL. Mag. GU-
STAVUS BRODZENIUS. Pestis ante diem anno 1710.
hunc clariss. virum sustulit.

Dn. PETRUS NICANDER. Mag. ANDREAS IGNA-
TIUS, filius antecedentis. Dn. PETRUS HERKEPOEUS.
Dn. JONAS LÖNGREN, Smolandus, postea S.
theologiæ lector in gymnasio *Borgoënsi*. mor-
tuus anno 1748.

Dn. ISAACUS H. ROSS, *Aboënsis*, anno 1735. re-
ctor scholæ *Helsingforensi* præesse cœpit. A:o 1737
adjunctus Facult. theologicæ ad hanc academiam
designatus. Non muneris honore eodem modo
hodie

(a) Vide GUSTAVI ADOLPHI ref. af den 27. Julii
1618. på *S: fors* Inw. och rectoris SAVONII ingifta memo-
rial. Confr. PETRI BRAHE literarum exemplum ad pasto-
rem *Helsingforensem* dat. die 7. Aprilis anno 1649.

hodie perfungitur, verum ecclesiarum, quæ Deo in Nådendal / Nåsa & Merimässå colliguntur, anti-
stes & præpositus, suo, id est meritissimo jure, pridem
inauguratus est. Cujus ut omnia, studiosæ juventu-
tis usui & emolumento dicata animi consulta, itine-
re, quam hactenus, placido magis eant, procedant,
provehantur, una cum disciplinæ illius alumni o-
mnes exoptant. Rosso decedenti ex correctore
successor datus

Mag. JACOBUS MALLEEN, qui exacto in illa
statione triennio, an. 1741. pastor ecclesiæ *Jemsi-
oensis* factus. A:o 1752. diem obiit.

Dn. OLAUS MÅLÖDÖ / *Aboënsis*. Primum colle-
ga Scholæ *Helsingforiensis*, inde corrector; & de-
nique an. 1742. chori totius moderator exstitit.
A:o 1750. pastor in *Orimattila* constitutus, præ-
positi honore hodie auctior factus, ornatiorque.
Illi verò rem scholasticam rite & diligenter ad-
ministranti fortuna affulgeat, & diu sine dolore
vitam mortalem transfigere finat!

Mag. JONAS KROOK, *Nylandus*. A:o 1748. pro-
motus philosophiæ magister, Sacrarum rerum
tractationi a puerो initiatu\$, tradendorum ad
Auraicam academiam mysteriorum *Divinorum* ma-
gister docens designatur anno 1751. Cumque ad
ordinanda & conformanda reipublicæ utriue, ju-
ventutis studia, dotibus a natura eximiis instru-
ctus esset, ne, quam patriæ debebat pietatem,
peregrè profunderet, hujuscē' lycei sui alumnos,
quorum interest, ex ore illius auctoritateque pen-

G

dere

dere jusserunt. Cumque gerat ille magistratum eundem, quinto nunc anno, & una cum sedulitate docendi, strenuam curandæ gymnasticæ rei dexteritatem conjungat, ut liberalioris institutio-
nis suæ præmiis, pro merito lautioribus, brevi ma-
ctetur, qui literis bene cupiunt, sincerè voent.

Conrectoris munia magister GABRIEL MELAR-
TOPOEUS sustinet, ejusque culturæ, ceu fementi,
quam messem olim relaturi sunt, magnam par-
tem sese debere, discipuli non ingrati agnoscunt.

§. X.

*Virorum clarorum, qui natalem huic urbi lucem
debent, honorificam, pro merito, mentionem facit.*

SCholas inter ecclesiamque cognationem inter-
cedere §. superiore evictum ivimus. Inter il-
los, qui fingendis ingenii præpositi sunt, eosque,
qui in illorum disciplinam sese conferunt, propè
naturalis, certè contractior, quam inter illam *rei-
publicæ* partem utramque necessitudo existit. Cum-
que in diversas colonias transmigrare oporteat
pubem scholasticam, neque aliunde melius de pra-
etica fide doctorum ferri possit judicium, quam
ex vitæ cultu discipulorum: quam felicia fuerint
monstrati itineris auspicia nostratis ludi magi-
strorum, quas in suo pulvere formas ingenii in-
ducere inchoaverint, animadvertere proximum e-
rit. Titulum, in quo triumphent, honestissimum
invenisse merito dicuntur parentes, dicuntur præ-
cepto-

ceptores, cum ab alumnis suæ familiæ vincuntur. Duplicatis passibus ductores suos sequutos fuisse, eosdemque longo post se intervallo reliquisse, plena titulis, eademque Musis gratissima *Forsæ* natorum & educatorum nomina testor. Inter illos familiam dicit, heroibus editus, heros ipse Cancelarius & senator regni **GUSTAVUS BONDE** (a) suo cum fratre **NICOLAO**, *Nicopenfis* satrapiae paulo ante præside & castellano; qui cum parens illustrissimus *Nylandiarum* gubernatorem ageret, artium, quæ ad humanitatem pertinent, rudimen-

G 2

ta

(a) Hujusce herois nomen, dum historiæ Svetlicæ fides ulla lausque, omni studio diligentiaque celebrabitur. Cumque illius in omnem rempublicam, præcipue vero literariam, pietatem officiosissimam, in collectione historiæ septentrionalis paucis expresserit fastorum obscurioris ævi, dum viveret, *Oedipus* Dn. E. J. BIOERNER, quam de conspectu regum Sverbicæ genealogico COMITIS nostri, sententiam dixerit, paucis advertere a proposito non alienum erit: *Conspctus regum SVETHICÆ genealogicus*, inquit, à VIRO ILLUSTRISSIMO, non minus antiquiorum Sverbiæ Macenate incomparabili, quam, cœu pariter diximus, sapientiae antiquae salientissimo studiosissimoque MYSTA, nobis transmissus. In quo invenies non tantum regum omnium, quem buc usque vidi- mus, accuratissimum recensum, sed & corundem in certas families verissimam digestionem; auctorum praeterea & documentorum, ex quibus sua contextuit, candidam annotationem, quâ utique spéciatissimæ suæ fiduci exemplum dedit, nullis non dignum præcomitiis,

ta domi, quæ verò altioris indaginis esse censentur, *Aboæ* probè perdidicere. (a)

Inter illa nobiliora ingenia, quæ reipublicæ ministerio præparavit *Helsingforſia*, *Cassellani* principis aulæ consiliarium & bibliothecarium JOHANNEM ARCHENHOLZIUM, utinam diu superstitem, connumerat; qui quantum institutione liberali, multiplici peregrinatione, & omnigenæ eruditio-
nis apparatu literis præsidio fuerit, patriæque dedita operâ faverit, gestorum CHRISTINÆ reginæ commentarii, & pro vindicanda *principis* suæ gloriâ, susceptæ dimicationes piè testantur. (b)

Inter claros *Helsingforſia* oriundos, qui ea non amplius figura apparent, ut digito monstrari queat, professorem *Upsaliensem* SIGFRIDUM AHARONIS

FOR-

(a) Aboënsi academiæ illustria nomina sua dedisse comites hosce, matriculæ anni 1695. sequentia verba testantur: Anno 1695. die 25. Nov. inserti sunt in hanc matriculam illustrissimi comites & fratres, Comes GUSTA-
VUS CAROLI BONDE & comes NICOLAUS CAROLI BONDE S.
R. M. Senatoris, & regii dicasterii DORPATENSIS PRÆSIDIS,
illustrissimi Comitis Dn, CAROLI BONDES filii haud degeneres.

(b) Ex illo censu, civis optimi existimationem spectandam esse dixerunt auctorum eruditorum apud Lipsenses, sine bile, censure; operis & auctoris cauſam in hunc modum orantes: *Destinatio ejus ad omnem aetatem commemorabilis.*
Acciderunt ei, civibusque orbis exculi & eruditi per eum, omnia ad votum & sententiam. Superat labor ejus invidiam, excitat admirationem, non exceptat sed reportat laudes amplissimas, tantoque dignissimas instituto,

FORSIUM jure retulerimus, insignem physicum & regni astronomum, eundemque pressæ, sed non oppressæ innocentiae nomine memorabilem; cui cum illud venustè accidit, ut artis & ingeniosæ solertiæ suæ interpretem peregrè non difficulter invenerit, JOACHIMUM SEILIUM Lubecensem, quam ad oris effigiem a chalcographo expressam, vitæ imaginem ære perenniorem ille adjecerit, heic loci annextere non pigebit:

*SIGFRIDI ARONI vera est, pie lector, imago,
Ipsius ingenium pingere nemo potest,
Mente celer, calamo celer, celer ore, sed ejus
Ingenium pingunt edita scripta satis.*

Docuit in supremo & trans mare unico ævi illius lyceo SIGFRIDUS, ut ante modo dixi.

Cis mare, supremo gymnasticæ pariter atque ecclesiasticæ rei magisterio, ut ceteros taceam, clarissima nomina fuere, CARSTENIORUM, BRUMERORUM & SERLACHIORUM, (a) qui post exantatas diu institutionis publicæ molestias in gymna-

sio

(a) CARSTENII *Wiburgensis* episcopi ejusque operum cum honore mentionem facit in episcoposcopia sua Dn. D. ANDREAS OL. RHYZELIUS *Lincopensis* episcopus, ecclesiasticæ & literariæ conditor historiæ. SERLACHII alterius, pastoris & præpositi in illa sua dioceesi, memoriam, carmine exequiali idem neque gravatè expressit. Alterius autem PETRI, pu-

sio *Wiburgensi*, Zionis cœtui præfules & antistites
inde dati, verbi & exempli rore multo gregem
sibi commissum paverunt, fœcundaverunt.

Essent, quibus *urbis* famam hac parte tueri
liceret, etiamnum non pauca dicenda: sed ne sin-
gula consecrando in simpulo fluctus ciere velle vi-
dear, ad ea quæ de politicis *urbis nostræ* institu-
tis dicenda restant, pedem promoteo.

ta grandævi senis, ejusdemque *Pernavienfis* antistitis vitæ
memorabilia, stili genere non dissimili prosequutum legi-
mus Dn. M. D. STARCKIUM, *Lovisianæ*, quæ nostræ gen-
tis est, venerandum hodie antistitem. ERICUM BRUMERUM
lectorem fuisse *Wiburgensem*, aboac literatæ auctorem no-
bilissimum confer.

CORRIGENDA.

Pag. 10. notarum lin. 10. pro *bosque*, lege: adeo-
que. Pag. 37. lin. 15. pro *quatuor*, lege: quatuordecim.
Pag. 48. lin. 3. pro *ulta* lege ultra.

Ceteris, quæ aciei ingenii & oculorum sese subdu-
xere, ignoscere, humanitatis erit.

